IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 58r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



os meum et hoc venit a te quoniam tu fecisti me talem dans
michi pacienciam et quia talis sum amoue a me flagel-
la tua quibus pro peccatis meis a te iustissime verberor.
Necesse est quod ammoueas quoniam Fortitudine potencie tue
defeci vi plagarum tuarum infirmatus et debilitatus vi-
ribus non potens amplius sustinere duras punciones
tuas que licet graues sint sunt tamen iuste quoniam
propter iniquitatem flagellis tuis corripuisti humanum
genus et me inter eos
Sic tamen cum mia corripuisti ut per correcciones flagellorum
tuorum Tabescere feceris animam eius ut desiccata ab
humiditate et pinguedine carnali et deposita superbia in-
firma fieret per humilitatem quasi aranea qua nichil
est capidius que leuiter tota digito deficit sed sepe licet
homo sit correctus licet increpetur licet tabefiat tamen
fragilitate humanitatis diuersarum rerum varietate confun-
ditur a qua perturbacione ille solus excipitur qui deum
pura mente contemplatur
Et ideo tu domine Exaudi oracionem meam et humi-
lem supplicacionem meam preces eciam meas cum lacrimis
fusas exaudi per affectu liberacionis mee
O domine oro Ne sileas a me ymo fac me audire vocem
tuam interius scilicet salus tua ego sum uel illam remissa
sunt tibi peccata tua et finaliter illam cum omnibus sanctis
venite benedicti etc quoniam aduena ego sum apud te
non habens hic mansionem manentem sed solum sicut
peregrinus tendens alibi scilicet ad patriam uite eterne sicut
omnes patres mei fuerunt
Cum autem transiturus sim restat hoc petendum
Remitte michi peccata mea ut per tuam miam consolatus
certus ad tua iudicia pueniam et quandam recreacionem senciam in
presenti vita illius regni tui securitate suscepta et hoc priusquam
abeam in presenti uita quia amplius non ero in statu percipi-
endi remissionem peccatorum

Vel aranea capidius
al tarta